



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtili Cæsarei Consiliarij et Historiographi
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

Curtius, Cornelius

Antuerpiæ

29. Ægrotanti dæmon molestus est: sed animum illi facit Deipara, &
morbo medicinam ostendit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37243

*Aegrotanti
demon
molestus
est:*

remet jejuniis assiduis, & indefessis precibus in hanc calamitatem ante diem præcipitasti. Quanto potius servasses modum & auream mediocritatem cum aliis Fratribus, qui nunc membris adhuc & valetudine integris religiosa exercitia alacres obeunt? tu verò, qui morbum tibi ultrò accersivisti, lecto jaces affixus, elanguidus, & ad omnia Dei obsequia inutilis. Pulsabat hic aries tam validè militis nostri generosum animum, ut stationem suam deserere & deditioem facere velle omnino videretur. Verùm in tempore adfuit SALVS INFIRMORVM Deipara, inter DD. Augustinum & Monicam media, ægrumque his verbis affatur: Quid te mœrore adfigis, ô cælo dilecte senex? An quia arma ponere, & arenam exire cogis? at tua jam ætas vacationem à militiâ postulat. Non salit amplius, qui solebat, vegetus tibi invenis sanguis, ut in aciem prodire ultra debeas. Omnia tempus habent. Neque relinquis campum inglorius. Arma satis diu & generosè

*sed ani-
mum illi
facit Dei-
para,*

R II
36 c

tractasti, & pugnasti fortiter. Satis pro te vulnera loquuntur, quæ accepisti. Missionem dare tibi cogitat summus Imperator, & per portam triumphalem admittere ad palmam & coronam. Interea tamen, ut ne simul animo & corpore deleas, ecce medicinam. Mitte ad vicinam feminam, religiosam illam & eleemosynariam, qui roget eam nomine IESU Filii mei panem recentem (hodie pinsuit) quem intinctum in fontanam sume, & è lecto surge. Dictum, factum. Panem sumit & vires pristinas: quas & aliis deinde cum eodem oppidò multis agris dedit. Subinde prodigiis à celo maximis sanctitas ejus illustrata est. Cum enim noctis solidam partem aliquando inter preces transigisset, prehensus a dulci somno, vidit per quietem astrum quoddam ingens ac luminosum ex *castris S. Angeli* procedere, & præcedere sese ad illam usque aram, ad quam facere, & preces dicere solitabat, ibique radium suum figere: postea Tolentinum accurrere ex variis

& morbo
medicinã
ostendit.

30.
Stella eũ
ad locum
ubi ru-
mulus
erat, præ-
cedit.

lon.